



## CAPUT IV.

*De Zelo animarum.*

**O**ptabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Rom. 9. Definitur zelus animarum : intensus justī DEUM verè amantis affectus, quo diligentissimè quærit honorem DEI ac proximorum salutem, & quidquid his duobus opponitur, fortiter constanterque repellit. Illius actus sunt, Primò vehemens & ardentissimum votum, quò omnium quidem, maximè verò illorum, qui nobis commissi sunt, salutem desideramus & ex

petimus. *Secundò* seria recogitatio, quibus modis ac vijs proximo in Spiritualibus prodesse possimus. *Tertiò* actualis usus & applicatio mediolorum excogitatorum, qualia v. g. sunt Oratio, prædicatio, correctio, Sacrificatio &c. *Quartò* Gaudium de Spiritualium suorum profectu, tristitia & dolor de illorum obstinaciâ, commiseratio sive compassio propter mentis cæcitatem, &c.

Oritur verò in nobis hic animarum & Divinæ gloriæ zelus imprimis ex consideratione pretij, nobilitatis & dignitatis animarum, utpote quæ ad imaginem SS. Trinitatis sunt creatæ. Christi pretiosissimo Sanguine redem-

redemptæ, & ad æternam felicitatem destinatæ. Quam animarum dignitatem ipse Unigenitus DEI Filius tanti fecit, ut non solum triginta tribus annis per plurimos labores, ærumnas, persecutiones & dolores illas in terris ardentissimè quæsiverit, & pro earum salute mortem ignominiosissimam eligere voluerit; Verùm etiam post suum in Cælos ascensum per Apostolos in univèrsam mundum dimissos, Sacramentorum institutionem, aliâque salutis media illis abundantissimè providere dignatus fuerit. *Secundo* nascitur hic zelus animarum in nobis, si confideremus quàm gratum DEO & summè meritorium sit zelare sa-

G 5

lutem

litem aliorum ; de quo S. Gregorius *Homil. 12. in Ezechiel.* Testatur his verbis : *Nullum omnipotenti DEO tale est Sacrificium, quale est zelus animarum.* Et sanctus Chrysoſtomus *Homil. 25. in Epist. ad Cor.* super illa verba : imitatores mei estote &c. *Hac perfectæ Charitatis regula est, hic certissimus terminus, hoc supremum omnium cacumen, quærare quæ communem omnium comprehendant utilitatem, quod ipse Paulus significans addit : Sicut & ego Christi : Nihil enim potest nos adeo imitatores Christi facere ut proximorum cura.* Tertio, oritur etiam zelus animarum ex amore, quo DEUM diligimus : Hic enim in nobis otiosus

*De Quæ-  
tus esse non potest  
Christi regis me  
priusquam C  
animarum  
tribus altitudin  
interrogavit : P  
hie : ac post  
ce veris me  
Quarto oritur  
ex considerat  
ultationis  
olim percipi  
ciens fructu  
in horreo C  
tuens filios  
DEO regn  
Evangelium  
tum S. Pa  
exclamare  
mei charissim*

sus esse non potest, sed *Charitas Christi urget nos. 2. Cor. 5.* Quare priusquam Christus Petro curā animarum actu committeret, tribus distinctis vicibus ex ipso interrogavit: *Petre, amas me plus his?* ac postea subjunxit: *Pasce oves meas, pasce agnos meos.* Quarto oritur zelus animarum ex consideratione gaudij & exultationis inenarrabilis, quam olim percipiet Parochus, aspiciens fructum laborum suorum in horreo Cœlestis gloriæ & intuens filios suos spirituales cum DEO regnantes, quos ipse per Evangelium genuit: tunc enim cum S. Paulo ad Philippens. 4. exclamare poterit: *Fratres mei charissimi & desideratissimi,*

*gaudium meum & corona mea. Vos enim estis gloria nostra & gaudium. 1. Thessal. 2. Videtur hanc Parochorum spiritualem exultationem in Spiritu prævidisse David Psal. 125. in illis verbis: qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. euntes ibant & flebant mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Quintò denique excitare potest hunc animarum zelum in nobis illa promissio Jacob. 5. qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum: præterquam enim, quod causa existat salutis peccatoris, meretur sibi ipsi Parochus*

( si

( si fortè in statu peccati mortalis constitutus esset ) gratiam saltem de congruo ad pœnitendum. Unde S. Damascenus ex dictis verbis Apostoli colligit , modum abolendi peccata propria esse studium abolendi aliena.

---

## CAPUT V.

### *De Studijs Literarum.*

**A**ttende lectioni, exhortationi & doctrina. 1. *Timoth. 4.* Statuit Tridentinum *Sess. 23. de reform. c. 14.* ut in presbyteros ordinentur solùm illi , qui ad populum docendum ea , que scire omni-